Lopienie Brzozowski Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Bransensibus personaliter comparens Generosus Andreas olim Georgii Kostro de Lopienie haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Valentino olim Jacobi Brzozowski bonorum in haereditate Lopienie Rus consistentem in primo campo mansum unum a sepibus lapideis ad graniciem seu terram Lipinska protendentem viginti quatuor sulcorum inter metas suis recognitis et subditorum suorum iacentem in alio campo mansum unum cum medio a granicie Zieborska ad graniciem Plaskowska inter metas eiusdem recognitis iacentem in tertio campo mansum unum cum medio protendentem ac inter metas ut supra iacentem cum pratis rubetis Praeterea et subditos duos Laboriosos Albertum Kadlubek et Bartholomaeum Szawrzyk cum eorum agris areis fundis per eos antiquitus possessis videlicet Albertum in medio manso cum bobus existentem Szawrzyk vero in quarta parte mansi residentem cum laboribus per tres dies omni obedientia ac omnibus utilitatibus fructibus proventibus attinentiis Omnique iure suo suis proprietatis propinquitate in Summa Trecentorum florenorum polonicalium sive ad festum Sancti Martini Pontificis proxime futurum, et in effectu protunc exemptionem de anno ad annum usque ad exemptionem et Summam praefatam integram et indivisam exolutionem obligavit et inscripsit Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem quemvis Regni generalem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit. Submittitque se cum successoribus possessoribus eundem tenutarium suum et ipsius successores ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum tueri et evincere nec non solus per se iniuriam et decimas ipse Albanis exolvere sub vadio similis Summae aliorum Trecentorum floren polon Et coram officio praesenti Castrensi Bransensi in primo citationis termino peremptorie responsurum omnibus iuris remediis se ibi abscribendo et abrenunciando